Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXIX. Quomodo Christus Constantino in somnis visus, praeceperit ut signo ad crucis formam facto uteretur in bellis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A

Caput XXVIII.

Quomodo Deus oranti viſionem oſtenderit in cælo ſub meridiem, crucem videlicet lucidam cum inſcriptione, monente ut in hac vinceret.

HUjus ergo opem implorare cœpit, orans atque obſecrans ut ſe ipſi noſcendum præberet, ac præſentibus negotiis adjutricem manum porrigeret. Hæc precanti ac ſuppliciter poſtulanti Imperatori, admirabile quoddam ſignum à Deo miſſum apparuit. Quod ſi quidem ab alio quopiam diceretur, haud facilè auditores fidem eſſent habituri. Verùm cùm ipſe Victor Auguſtus nobis qui hanc hiſtoriam ſcribimus, longo poſt tempore; cùm videlicet in ejus notitiam & familiaritatem pervenimus, id retulerit, & ſermonem Sacramenti religione firmaverit; quis poſthac fidem huic narrationi adhibere dubitabit? Præſertim cùm id quod ſubſecutum eſt tempus, ſermonis hujus veritatem teſtimonio ſuo confirmaverit. Horis diei meridianis, Sole in Occaſum vergente, crucis tropæum in cælo ex luce conflatum, Soli ſuperpoſitum, ipſis oculis ſe vidiſſe affirmavit, cum hujuſmodi inſcriptione: Hac vince. Eo viſo & ſeipſum & milites omnes, qui ipſum neſcio quò iter facientem ſequebantur, & qui ſpectatores miraculi fuerant, vehementer obſtupefactos.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ΄

Ὅπως εὐξαμένῳ τὴν ὀπτασίαν ὁ Θεὸς παρέσχε, σταυρὸν ἐκ φωτὸς ἐν οὐρανῷ, μεσημβρίας οὔσης, καὶ γραφὴν τούτῳ νικᾷν παρεγγυῶσαν.

ἈΝεκαλεῖτο δῆτα ἐν εὐχαῖς τοῦτον ἀντιβολῶν καὶ ποτνιώμενος, φῆναι αὐτῷ ἑαυτὸν ὅστις εἴη, καὶ τὴν ἑαυτοῦ δεξιὰν τοῖς προκειμένοις ἐπορέξαι. εὐχομένῳ δὲ ταῦτα καὶ λιπαρῶς ἱκετεύοντι τῷ βασιλεῖ, θεοσημεία τις ἐπιφαίνεται παραδοξοτάτη· ἣν τάχα μὲν ἄλλου λέγοντος, οὐ ῥᾴδιον ἦν ἀποδέξασθαι. αὐτοῦ δὲ τοῦ νικητοῦ

B

βασιλέως, τοῖς τὴν γραφὴν διηγουμένοις ἡμῖν μακροῖς ὕστερον χρόνοις, ὅτε ἠξιώθημεν τῆς αὐτοῦ γνώσεώς τε καὶ ὁμιλίας, ἐξαγγείλαντος, ὅρκοις τε πιστωσαμένου τὸν λόγον, τίς ἂν ἀμφιβάλλοι μὴ οὐχὶ πιστεῦσαι τῷ διηγήματι; ὅτε καὶ ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος, ἀληθῆ τῷ λόγῳ παρέσχε τὴν μαρτυρίαν. ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης, αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἔφη ἐν αὐτῷ οὐρανῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἡλίου σταυροῦ τρόπαιον, ἐκ φωτὸς συνιστάμενον, γραφήν τε αὐτῷ συνῆφθαι, λέγουσαν, τούτῳ νίκα. θάμβος δ' ἐπὶ τῷ θεάματι κρατῆσαι αὐτόν τε καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν, ὃ δὴ στελλομένῳ ποι πορείαν, συνείπετό

C

τε καὶ θεωρὸν ἐγίνετο θαύματος.

Caput XXIX.

Quomodo Chriſtus Conſtantino in ſomnis viſus, præceperit ut ſigno ad crucis formam facto uteretur in bellis.

INterim ipſe, ut ajebat, addubitare animo cœpit quidnam hoc ſpectrum ſibi vellet. Cogitanti ipſi & diu multúmque apud ſe reputanti, nox tandem ſupervenit. Tum verò Chriſtus Dei dormienti apparuit cum ſigno illo quod in cælo oſtenſum fuerat, præcepítque, ut militari ſigno ad ſimilitudinem ejus quod in cælo vidiſſet fabricato, eo tanquam ſalutari præſidio in prœliis uteretur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ΄.

Ὅπως ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ καθ' ὕπνους αὐτῷ φανεὶς ὁμοιοτρόπως σταυροῦ σημείῳ κεχρῆσθαι κατὰ τοὺς πολέμους προσέταξε.

ΚΑὶ δὴ διαπορεῖν πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγε, τί ποτε εἴη τὸ φάσμα. ἐνθυμουμένῳ δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ πολὺ λογιζομένῳ, νὺξ ἐπήει καταλαβοῦσα. ἐνταῦθα δὴ ὑπνοῦντι αὐτῷ, τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ σὺν τῷ φανέντι κατ' οὐρανὸν σημείῳ ὀφθῆναί τε καὶ παρακελεύσασθαι, μίμημα ποιησάμενον τοῦ κατ' οὐρανὸν ὀφθέντος σημείου,

D

τούτῳ πρὸς τὰς τῶν πολεμίων συμβολὰς ἀλεξήματι χρῆσθαι.

Caput XXX.

Fabricatio ejus ſigni ad crucis ſimilitudinem.

ILle primo ſtatim diluculo ſurgens, arcanum omne amicis expoſuit. Convocatis deinde auri ac gemmarum fabris, medius inter eos ſedens, ſpeciem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ΄.

Κατασκευὴ τοῦ αὐτοῦ σταυρικοῦ σημείου.

ἍΜα δ' ἡμέρᾳ διαναστὰς, τοῖς φίλοις ἐξηγόρευε τὸ ἀπόρρητον. κἄπειτα χρυσοῦ καὶ λίθων πολυτελῶν δημιουργοὺς συγκαλέσας